



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 1. Viduas honorandas, non lædendas esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

CAPVT X.

Viduas quoque, & Magistratus, & sacerdotes Deoq; consecratos, itemq; sanctos, immò & omnes Christianos, præcipuè autem Deum esse summo honore prosequendum.

§. I.

Viduas honorandas, non ledendas esse.

9 **H**onorandæ sunt & viduæ: idq; duas ob causas, quia scilicet à viro liberatæ iam Deo magis feruiunt, & quia viro defensore destitutæ, vbique premuntur, quamobrem auxilio solatioq; egent. De virtute earum multa memorant diuinæ historiæ. Qualis enim fuit Iudith, honestate, pietate, oratione, confidentia in Deum, castitate, fortitudine denique? Vt meritò populus dixerit: *Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israël, tu honorificentia populi nostri.* Iudith. 15. Qualis erat Anna Prophetissa filia Phanuel, *quæ non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte.* Luc. 2. 37. Qualis illa, de qua legimus: *Vidit autem (Dominus) & quamdam viduam pauperulam mittentem ara minuta duo.* Luc. 2. 2. Et dixit: *Verè dico vobis,*

L.

bis,

- bis, quia vidua haec pauper plus quam omnes misit &c.* Maximus honor est à summa laudari veritate. Nonnè viduas voluit esse honorandas, qui in parabola dixit, viduam
- Luc. 18. 4.** fuisse exauditam à iudice quoq; , *qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur?* Immò viduam ipse honorauit obuiam, dum eius filium, ad sepulchrum elatum, ad vitam
- Luc. 7. 13.** renocauit; *quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.*
- Deuter. 10. 18.** Immò iam ab antiquo facit iudicium pupillo & viduae, amat peregrinum, & ei victum & vestitum procurat Deus; qui ibidem nos quoque similia facere iubet. Alio autem in loco
- Exod. 22. 22.** ait: *Viduae & pupillo non nocebitis. Si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestrae viduae, & filij vestri pupilli.* Qua de causa
- 1. Tim. 5. 3.** & Timotheo scribit Apostolus: *Viduas honora, quae verè viduae sunt: quia id virtus earum meretur, necessitas exigit.* Dixi multa de viduis, in Tractatu de faustis & infaustis matrimonijs. Hic sufficet vel è poëta apponere laudatam à pudicitia viduam Dido-nem, ita enim loquitur:

Sed

*sacerdotes, &c. honorandos.* 163

*Sed mihi vel tellus optem prius ima dehi-*  
*scat,*

Virgil.  
lib. 4.  
Æneid.

*Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad*  
*umbras,*

*Pallentes umbras Erebi, noctemq<sub>3</sub> profun-*  
*dam:*

*Antè, pudor, quàm te violem; aut tua iu-*  
*ra resoluam,*

*Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores*  
*Abstulit: ille habeat secum: seruetq<sub>3</sub> sepul-*  
*chro.*

§. II.

*Cur magistratus sit honorandus?*

10. Quia ars gubernandi ciuitates princi-  
patum tenet in omnibus artibus, meritò, ob  
hanc excellentiam, præcipuè honorandus  
est magistratus, qui est, vt Cic. ait, *lex lo-*  
*quens*, & loco Dei, *Ego dixi, D<sup>3</sup> estis*: certè  
*minister Dei* est magistratus, atque tum ob  
virtutem, tum ob laborem, tum etiam ob  
periculum suum, & commodum communi-  
tatis honore dignus. Equidem & istud mag-  
num est virtutis in principe argumentum, si  
subditi libenter ipsum sequantur. Et sine  
illius prudentia ac diligentia ciuitas esse  
non potest. *Omnino qui Reip. præsumt*, ait  
Tullius, *duo præcepta teneant: unum, ut utili-*

Aristot.  
lib. 1.  
Ethic.

Psal. 82. 11  
Rom. 13.  
& 64.

Cic. lib. 3.  
de legib.

Cic. lib. 1.  
de offic.

L 2

tatem